



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

9 An qui casu alterum occideret, fiat homicidii reus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

ARTICVLVS IX.

Utrum qui casu alterum occiderit fiat homicidij reus.

Off voluntarium homicidium sequitur de casuali, utrum reum facit homicidam. Sunt enim in partem affirmatiua testimonia ia sacra quam sanctoru patrum. Legitur. n. Gen. 4. de I. amech quod utrum in vulnus suum occiderit. Et historia secundum sanctos interpretes fuit quod cum in venatu credens interficere bestiam, hominem inter fecerit, nihilominus homicidium ei imputatum fuit. Secundo legitur Exod. 21. Si quis percussit mulierem pregnantem & abortum fecerit, si mois eius fuerit subsequuta, reddet animam pro anima: abortus autem ille praeter percussantis intentionem accedere poterat, ergo casuale homicidium no est abiq culpa. Tertio. Dis. 5c. & extra de homicid. quam plures extant canones quibus quis clerici casu homicidia fecerunt irregulares habetur, irregularitas autem ubi in penam ponitur, non nisi propter culpam incurritur. Contrarius autem obuiam occurrit ad Publ. Augu. vbi sic ait, A bit ut que propter bonum aut licitum faciamus, si qui dem propter hoc praeter nostram voluntatem quidquam mali acciderit, nobis imputetur, homicidium autem casuale est cum ei qui bonum intendit, malus accidit effectus. Ad quaestionem tribus coclusionibus respondetur. Prima est bimembris, eadeg; ceteraru basis ac radix. Nihil casuale quatenus casu accidit, peccatum est, sed quatenus quidpi habuerit voluntarij, ear enus erit peccatum. Conclusio probatur secundum Aug contra Faust peccatum non est nisi quatenus voluntarium, casus autem secundum Arist. 2. Physic. est causa praeter intentionem, atq; adeo praeter voluntatem agentis, ergo casuali secundum illam rationem nihil secum afferunt culpa. Secunda coclusio. Nemo dans operam rei licite, neque sinistram habens intentionem, dummodo debitam adhibuerit diligentiam ne noccat, quamvis ex actione sua sequatur

homicidium, reatum illius incurrit. Conclusio haec praecedentis appendix est & corrolaria. Nam eiusmodi homicidium nihil profus habet voluntatis, sed est simpliciter casuale. Tertia conclusio. Si quis dat operam rei illicitae, vel dans operam relictam debitam non adhibet diligentiam, non est a reatu homicidij immunis, quod ex eiusmodi actione fuerit subsequutum. Probatur conclusio, contingit id quod actu per se neque volutum est neque intentum, per accidens esse volutum, atque intentum, quatenus id non impedit quod impedire tum poterat tum etiam debebat. Nam causa quae prohibens remonet, dicitur accidentaria. Quo fit ut qui causam vel actionem non remonet atque impedit quam tollere debebat, si sequatur homicidium, reus eius constituatur. Hoc autem fit dupliciter. Vno modo quando operam nauat rebus illicitis, quas vitare debebat, altero vero quando vacans rebus licitis diligentiam non adhibet, ex cuius contraria negligentia subsequitur homicidium. Atque haec est asserta nostra conclusio. Ad plenam vero rei intelligentiam recolendum est, bisariam aliquid esse voluntarium. Vno modo directe, quia intentum, & hoc simpliciter nuncupatur voluntarium, opponiturque simpliciter casuali, ubi nihil est voluntarij, & alio modo contingit esse voluntarium per accidens, quia non impeditur, & hoc est medium inter simpliciter voluntarium ac simpliciter casuale. Sed nihilominus ob carentiam directae intentionis dicitur casuale. Requiritur ergo ad casuale homicidium primo quod non sit intentum, secundo ut imputeur quod reuera sequatur ex actione qua tolli debebat, ut habetur cap. ad audientiam. de homicid. & cap. presbyterum. Nam si aliunde sequatur nullatenus imputatur agenti, ut co deat cap. iohannes. Vt si quem imprudenter incuteque calligans vulnerasti, & homicidium, vel non est subsequutum, vel non ex vulnere, sed ex maligna curatione, vel alio accidente ille occubuit, non est in conscientia homicidij reus, sed tantum incauta pulsationis. Tertio requiritur quod non solum posset talem actionem euitare, verum quod deberes, licet enim venator excusare posset venationem, atque adeo iactum rei quo praeter intentionem factum est homicidium, nullam inde contraxit

Tertia conclusio. Illustratur conclusio.

Tres conditiones requiruntur ad hoc quod casuale homicidium imputeur.

De 2 cul-

TO  
re  
13

Dubita-  
tio sub  
mouet.

Quod  
peccatū  
fit casua  
le homi-  
cidium.

culpam. Similiter, vt paulo ante dicebamus, dum latro ex te pecuniam petit, comminatus nisi dederis, furtum aliunde se facturum, licet non dederis & faciat, non est cur tibi furtum imputetur, quoniam non tenebaris. Atque ex hoc sequitur quaestiu- culae solutio impraesentiarum moueri solue. Dubitatur nanque vtrum homicidium casuale quod per accidens est voluntarium, sit in vniuersum peccatum mortale. Apparet enim tale ex obiecto. Respondetur nihilominus non habere eiusmodi homicidia plus culpae quam fuit in causa, siue causa fuerit datio operae rei licite, siue negligentia in relicta. Exempli gratia. Prohibitum est clericis equum equitare, illum tamen ascendit casu quo non erat nisi venialis culpa, & hominem infortunio pessundedit, vt habetur in cap. Dilectus, de homic. non esset nisi veniale peccatum. Pariter, si dans operam relicte, vt miles venator ex negligentia, quia non satis circumspectus occidit hominem, si negligentia non fuit nisi venialis, homicidium non erit nisi veniale. Haud enim diligentiam adhiberi semper necessarium est quam maxime potest, sed quam fuerit pro qualitate negotiorum congruus. Quod si causa culpam habuerit mortalem leuiorem tamen quam est genere suo homicidium, non erit in ipso homicidio culpa grauior.

August.

Impu-  
gnatur  
secunda  
eō dicitio-  
nis prior  
pars.

Sententia est August. 12. libro, contra Faust. vbi ait, Ioth, qui ebrius incestum commisit, non fuisse reū incestus, eo quod crimen illud non habuit plus culpae, quam in ebriatione praesuerat. At vero de irregularitate est dubium, & primo contra secundam conditionem supra positam est argumentum. Dicitur enim est quod si quis lethaliter incaute, & ex graui negligentia quempiam percussit, qui tamen vel per egregiam curationem vel forte per miraculum mortem euasit, tunc percussor ille non est reus homicidij. Arguitur vero contra. Si ex intentione illum iam grauius vulnerasset, eadem culpa inficeretur ac si esset homicida, ergo & si id incautus ac negligens fecerit. Responderetur in primis irregularitatem non incurri, quae homicidij posita est, nisi re vera sequatur homicidium. Quare etiam si miraculosa sit mortis euasio factis est vt percussor non habeatur irregularis. Praeterea quantum ad cul-

pam est differentia. Nam qui ex intentione hominem, vt occideret percussit, statim quidquid sequatur reus est apud Deum homicidij, qui vero non ex intentione, sed ex cautela defectu alium scianuit, non fit reus maioris culpae quam quae fuit in causa, vt modo dicebamus. At contra alterum membrum eiusdem conclusionis quo dictum est, etiam si sequatur homicidium, non tamen ex vulnere sed aliunde, tunc non imputari, arguitur. Si vulnus erat reuera graue, quantumvis infirmus non sibi satis caueret, vel non fuerit adhibita illa curatio, quae si adhibetur euaderet, nihilominus dum moritur, re vera ex vulnere moritur, ergo quantumvis negligentia vel infirmitas vel medicus fuerit etiam in causa, ille nihilominus est reus homicidij. Et confirmatur hoc inde, quod neque infirmus tenetur tanta cautela sibi caere, neque optimum equirere medicum, neque vero medicum tam solertem adhibere curationem & ideo licet non simpliciter ex vulnere, sed adiunctis alijs negligentis sequatur mors, nihilominus percussori imputatur qui per inusuriam causam dedit. Adde quod forsitan neque chirurgorum copia haberi potuit, neque alienus qui sanguinis exitum restingeret quia de causa ille mortem obiit, tunc enim cum nullus praeter percussorem fuerit in culpa, ille erit vere reus. Respondetur ad hoc quod quando homicidium subsequitur iudicio medicorum standum est, vt cap. significas. tit. 2. admonetur. Vtrum re vera vulnus, lethale erat, quo plurimum homines mori solent, & tunc non obstantea parte infirmi negligentia homicidium vulneranti imputatur. Si autem non erat eiusdem generis, tunc quantum ad percussoris culpam nihil fortuitus euentus refert, quandoquidem tota praesuit in actione, sed quantum ad irregularitatem si contra alterius culpam sequuta est mors, homicidium ei imputatur. Si vero ob culpam vel infirmitas vel medici, excusatur. Nam vulnere postquam semel vulnus accepit iure naturae tenetur suae vigilanter saluti consulere & chirurgus etiam ob fidem sui muneris eadem prospicere. His praehabitis descendendum nobis restat ad irregularitatis modos. In primis enim quod qui iuxta rationem secundae conclusionis operam datur rei licite, prudentemque adhibet diligentiam quempiam occidit, nullo irregularitatis

his notamine sordescat, multi sunt textus, extra, de homicid. vt cap. lator. & cap. dilectus filius. & c. significasti & c. iohanes. & c. ex libris, extra, de homicid atque alij, distin. 50. Quoniam illic non solum nulla est culpa, verum neque voluntaria occisio. Ex hoc ergo conclusione collige, infirmorum custodes atque infirmarios, dum infirmum in lecto mouent, vt vel aptius ei cibum ministrant, vel quietus iaceat, etiam si inde mortem tantillum accelerent nullam irregularitatem incurrere, quia dant rei licitæ operam. Nisi tam immodica esset negligētia, & iactatio illius, vt prudentum iudicio censeretur occisio, atque adeo mortalis temeritas. Audiui de Confessario qui cum reum quandam ad patibulum comitaretur, & in casu immentum quo ille vehetur pepulisset, inde serupulum irregularitatis conceperit, quod sua causa properantius cum morti obtulisset. At vero hæc ridicula sunt. In tertia autem conclusione duas causas irregularitatis posuimus, quarum prima erat, dum quis dat operam rei illicitæ. Et quidē Caie. hic Syluest. in verb. Homicidium, §. 2. & Doctores iuris Canonici vniuersalem regulam astruunt, quod omnis, qui dat operam rei illicitæ, quomodo docunque ex illa datione sequatur homicidium, fiat irregularis. Attamen regula hæc in primis non habetur in iure, sed est interpretis illam inferunt ex contrario sensu, nempe ex præfatis capitulis, quibus, qui dant operam rei licitæ, excusantur. Et potissimum ex cap. ex literis. 2. & ex ca. dilectus filius, vbi habetur quod qui nō dat operam rei illicitæ, si non est negligēs, non est irregularis. Inde nanque, tum alij, tum etiā S. Tho. intulit quod qui rebus vacat illicitis, sicut ex eo homicidio irregulares. Debet ergo suis moderaminibus temperari, vt verum habeat vniuersaliter. In primis si clericus in adulterio deprehensus inuaditur, & cum moderamine inculpate tutele inuasorem occidit, quamuis operā daret rei illicitæ, non debet irregularis censeri, quia homicidium illud non est tunc voluntarium. Nam quamuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per se causa homicidij, sic vulneratio, quæ non fuit voluntaria, Rursus in d. c. ex literis. excusatur ille monachus ab irregularitate, qui cum campanam de campanili deponeret,

cadēs lignum puerum oppressit. Fac opus illud fuisse seruale, & forsitan in die festo, aut contra præceptum Prælati deliquisse illo opere monachum, vtum propterea esset irregularis? profectō minime credendum est. Item in d. cap. dilectus. excusatur clericus, qui sanitatis gratia ascendens equum inopinato alterum interimit, vtum si equitatio illa eidem clerico fuisset nocua, & contra iussum medici deliquisset, propterea esset irregularis? profectō nulla est ratio, vt credas. Nam peccatum quod fuit in causa ex natura sua, nihil ad homicidium referebat. Sed ais, neq; hoc dicunt Summistæ. Imō vero id asserit Syluest. in verbo. Homicidio 2. du. 18 vide licet quod si quis cadens arborem, quæ erat sua, optime circumspexit, ne quæquam opprimeret, quamuis postea cadens arbor transeuntem forte compresserit, non est irregularis. Si tamen arbor non erat sua, fiet irregularis, quoniam dabit operam furto. Et pariter habent dicere, quod si nobilis secularis in proprio nemore venatur, & merè casualiter hominem occidit, non fit irregularis ad suscipiendos ordines, fiet tamē si nemus est alienum, & contra domini voluntatem illic depraedatur feras. Hæc autē profectō minime credenda sunt, sed sic intelligenda est res illicita, cui datur opera vt scilicet genere suo res illa causa esse soleat homicidij. Vt si clericus dat operam rei bellicæ, licet imprudens, & nesciens alium præter suam intentionem occidat, est irregularis, & pari iure si torneamenta atque alia pugne simulacra exerceat, quæ clericis vetita sunt. Itaque vt homicidium casuali ratione rei illicitæ causa sit irregularitatis requiritur, quod opus illud, cui consulto operā dabit genere suo sit periculosū. Quādo verò illa opera non sunt clericis ideo prohibita, neq; ad eō illicita, quia periculosa, sed aliam ob causam, tunc homicidium, quod merè est casuale, nullius est irregularitatis causa. Quapropter Caie. hic sententia, quod clericus qui inter venandum homicidium casuale fecit, similiter excusatur ac secularis, nescio an sit vsquequaque vera: nam si est venatio talis, quæ clericis nō ob id vetatur, quod periculosa est verū hēt si at propter periculū prohibetur, vt est venatio a proxijs q; armis, & telis & ferocib; canibus fit, profectō fiet clericus irregularis, Soto, c. iust. & lu. D d 3 vbi

Syluest.

TO  
re  
tus  
III  
13

Explicā  
tur mul  
ta capi  
ta de ho  
micidio

vbi secularis non fieret. Et per hanc decisonem arbitror explicari cuncta capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ adduci possunt. In primis in cap. continetur de homicid. vnde de suam isti regulam colligunt, Diaconus irregularis censetur non ob id quod operam dabat rei illicitæ: nam iacere baculos leuandi laboris gratia, neque clericis interdictum, neque erat periculosum: sed propterea quod dum alter in eum istruit, debuisse cauere, ne falce, qua ipse erat accinctus, vulneraretur: nam statim clator clericus, qui alterum in terram proiecit, quod opus de se magis videbatur illicitum: quia non ex sua negligentia cultellus eius in alterum incidit, non condēnatur irregularitatis poena. Casu autem capituli, Suscepimus, non idcirco fit ille monachus irregularis, quod latrones in defensionem propriæ vitæ, occidit, sed ob id, quod pro rebus temporalibus, quarum monachi non debent esse adeo cupidi, eos ligauerat, ac perinde causam dederat homicidio. Sed & casus capituli, Tua nos eidem nostro asserto patrocinatur. Illic enim decernitur clericum, qui chirurgiæ pietatis gratia in curanda quadam muliere operam impenderat, & præter eius intentionem mortua est, non fuisse irregularem. Vnde à contrario sensu colligitur, quod si questus causa id fecisset, fuisset irregularis: eo videlicet, quod propterea clerici ab illa arte arcentur, quod est genere suo periculosa. Secundus modus, quo casuale homicidium imputatur, est negligentia: quæ quidem si absque vlla fuerit culpa, nulla est irregularitatis causa: vt capitulis supra citatis habetur, quibus secundam conclusionē D. Thom. suffulimus. Nam etsi irregularitas citra culpam incurritur, vt patet in seculari iudice, debet tamen, vt diximus, esse voluntaria, & ubi negligentia extra omnem est culpam, effectus non censetur voluntarius: quando quidem inuoluntarium, vt dictum est, in his, quæ causæ sunt per accidens, nõ est, nisi vbi homo id facere omittit, quod facere debuit. Quapropter, ut supra diximus, prudenter cautum est Clement. unica, de homicid. vt qui alter mortem eua dere non ualens inuasorem occidit, aut mutilat, liber ab irregularitate fit. Et pari iure etiam clerici faciunt dotes petentes in iudicio seculari malefactorum emen-

dam, & eorum, quibus expoliati sunt restitutionem, duammodo protestentur se id ad vindictam non facere, neque ad sanguinis effusionem: quamuis patibulo illi affigantur, ab irregularitate sunt immunet: vt habetur de homicid. volum. lib. 6, cap. Prelatis. Id autem forsitan sciscitatis, vt vbi causa culpam non habuit, nisi venientem: incurritur irregularitas. Caieta. im. presentiarum ad partem annuit affirmatiuam. Ait quippe casuale homicidium semper imputari danti opera rei illicitæ, quo ad poenam irregularitatis, & culpam aliquam, sed non semper quod ad mortalem culpam. Vbi docet citra mortalem incurrit irregularitatem propter aliquam culpam. At uero quamuis hoc aliquam præ se ferat probabilitatem, pro eo quod iam tunc homicidium est quadammodo voluntarium, nescio tamen an omnino sit verum. Difficile enim est creditu, quod irregularitas, quæ ceu poena propter culpam imponitur, incurritur ex sola venialitate. Quare ergo uix illud credere queam. Exempli gratia, decernit Clement. modo citata clericum qui se defendendo hostem occidit, non esse irregularem, quod ergo qui per leuissimam culpam uentilem, causam dedit homicidio scilicet, quia non vique adeo perpexit an citra illud poterit se defendere, irregularis fiat nescio quis credat. Primum igitur argumentum erat de Lamech, qui Genes. 4. fatetur occidisse virum in vulnus suum: nempe qui, ut domus habent interpretes, inter venandum Cain latente, putans se feram occidere, inculum infixit. Ad hoc igitur respondetur, non satis circumplexisse, vel ut alij aiunt, cum oculi iam sibi caligarent ductu pueri id incaute fecisse: ea scilicet ignorantia, quæ ipsum in culpam cohibet. Ad secundum respondetur quod qui mulierem pregnantem pulsat, idem iudicium subit, vbi periculum est abortus, atque homicida: nempe quod si ex intentione facit, mortaliter peccat, & si casu, rãta delinquit culpa, quanta fuit in causa. Quod si fuerat animatus, fit verè homicida, atque adeo irregularis. Ad canones autem adductos in tertio argo, satis superque trinum est. Neminem irregularitatis sententia condemnat, nisi eum qui vel opem rei illicitæ dederit, vel in relicta facit negligentem.

Quãdo,  
incurra-  
tur irre-  
gulari-  
tas pro-  
pter ne-  
gligen-  
tiam.